

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Ibitis ad magnas post fortia prælia sedes,  
 Qua vocat expectans perfertilis vbere terra  
 Et claras victis condetis gentibus vrbes.  
 Vos modo promissis tantum confidite donis:  
 Et quos depositent ingentia facta labores  
 Læta ferat virtus, se seçꝫ ad prospera seruet.  
 Talibus auditis melior spes arripit illos  
 Attollunt animos, palmasçꝫ ad sidera tendunt  
 Concipiuntçꝫ fidem votis gratesçꝫ rependunt

## C A P V T VI.

**P**Ostera lux dubios primū præmiserat ortus  
 Et successorem depulsa nocte ferebat  
 Insistens aurora diem; tum flumina sanguis  
 Imbuit, & subito maduerunt arua cruore  
 Sed non in minimis portentum contigit vndis,  
 Fluuiorum rex ipse rubet, nec lumine prisca  
 Nilus lagit proprium quē sumpsit fonte nitorem.  
 Vndarum vice sanguis inest, non corpore fusus  
 Aut hoīm de strage, sed irato delapsus olympos.  
 Ergo hinc naribus obstructis victoçꝫ natatu  
 Interiere simul peregrini in gurgite crasso,  
 Auxeruntçꝫ suo saniem de funere pisces.  
 Forte & sanguineus mortis cladisçꝫ futuræ

Indicium

*Aegypti per-  
stres per Moy-  
sen illatæ.**Flumina in  
sanguinem.  
Exodi.7.*

Indicium iam Nilus erat: qui protinus omnes  
 Aegypti terras, vel quo patet ampla canopus,  
 Et portentosæ tellus vastissima Memphis,  
 Imbiberat dirum spargens per rura cruentem.  
 Et iam inter pingues sitiens defecerat vndas  
 Aegyptus, si non celerem super arua medelam.  
 Afferret, Niloq; suas Deus inderet vndas.

## C A P V T . VII.

**T**IVm vero ut requie pestis subducta reduxit,  
 Effertur rursus dilata morte tyrannus:  
 Et vix euasæ spernens discrimina mortis,  
 Innocuam flagris persistit subdere gentem.  
 Nil iuuat hic multis omnem narrare superbi  
 Perfidiam, & duri periuria dicere regis:  
 Ranæ per to Protinus vt duris insontem affligere gentem  
 tā Aegyptū. Imperijs, rursum solita inclemētia cœpit  
 Exod. 8. Vnda putrescenti vixdum purgata cruento  
 Ranarum fœdis impleuit saltibus vrbes.  
 Complentur cellæ penetraliaq; abdita ranis.  
 Ipsa etiam raucas regalis purpura voces  
 Sustinet, atq; suis homines submittere iussis  
 Sueta locutulis frendet succumbere ranis.  
 Quarum mox cumulis flama tonitruq; subactis  
 Nec